

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Michael Falck Johann Pistorius

Positiones Philosophicae De Voluntate

Rostochii: Kilius, 1648

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730221288>

Druck Freier  Zugang



Ru phil 1648
Michael Falck
Johannes Pristorius



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730221288/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730221288/phys_0002)

DFG

POSITIONES PHILOSOPHICÆ
DE
VOLUNTATE,

Quas

Supremo Numine Moderante

*Consentiente Amplissimâ Facultate Philosophicâ,
Insclyta Academ: Rostochiensis*

PRÆSES

M. MICHAEL Falcf/ Dantiscanus,

ET RESPONDENS

JOHANNES PISTORIUS,

Schacc: Bor:

Publicè examinandas proponunt

In Auditorio majori horis antemeridianis
ad diem 13. Maij Anno 1648.

• 6(0) •



ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

ВОЛГОДОНСКИЙ САМОДЕЛЬНЫЙ ЭТАТИУЛ

Самодельный Монографический
Альбом с изображениями и описаниями
разных предметов природы
и техники

Михаилу Григорьевичу Дубровину
издано в 1838 г.
автором А. И. Панчиной
в городе Борисоглебске

Борисоглебск
Издательство Академии Наук Тульской области

DEO DUCE

THESIS I.



appetitus in homine propriè dictus duplex datur: alter sensitivus, quo appetimus ea, quæ sensus & phantasia ut nobis bona proponit, (qui in concubiscibilem & irascibilem dispescitur, unde appetitus tres species, concupiscentia, ira & voluntas enumerantur, l. 2. de anim. c. 3. l. 3. c. 9. l. 1. mag. mor. c. 13. l. 2. Eud. c. 7.) dicitur & absolute appetitus, & à potiore parte cupiditas. concupiscentia: alter rationalis, quo appetimus ea, quæ ratio intellectus ut nobis bona offert. Dicitur in specie voluntas. Ejusdem autem facultatis animæ sensitivæ est, quæ à sensu & phantasiâ ut bona exhibentur, appetere & desiderio prosequi, quæ vero ut mala, fugere. & aversari, nam & hoc bonum est: ejusdem quoq; potentia rationalis est, desiderare & velle bona, à ratione monstrata, mala autem fugere & nolle. Conf. l. 3. de anim. c. 7.

2. Differt voluntas l. Βέλησις à präelectione s. τοπογρέφει, (quæ non est simplicitè appetitus, sed appetitus deliberativus l. 3. Nic. c. 5. l. 1. M. M. c. 13. l. 2. Eud. c. 10. & commune quid rationis & appetitus, de mor. anim. c. 6.) Volumus enim etiam impossibilia, ut factum infectum reddi, sed horum non est τοπογρέφει, quia nec de his deliberamus: Volumus sœpè ea, quæ neq; in nostrâ neq; in nostrorum potestate sunt, sed hæc non præelligimus. Volumus finem, præligimus ea, quæ faciunt ad finem consequendum. Vide l. 3. Nic. c. 4. 6 locatib.

3. Omnis appetitus à bono quodam sub ratione nobis boni cognito, tanquam objecto, & omnis fugā à malo, sub ratione nobis mali cognito, ut objecto excitatur. Ita quod sensui & phantasie bonum aut malum appareat, sive in se reverâ bonum vel malum sit, sive non sit, moveret appetitum sensitivum ad appetendum vel fugiendum. Quod rationi bonum vel malum videtur, moveret voluntatem ad velle vel nolle. Hoc verò, si ratio rectè se habeat, erit bonum vel malum reverâ tale; si ea via tata vel corrupta sit, apparetens saltet. erit. Vide l. 3. de anim. c. 10. l. de mor. anim. c. 6. Hinc voluntas per se & recta bonum & malum reverâ

A 2

tale

tale pro objecto habet, depravata autem apparetens tantum. l. 3. Nic. e.
6. l. 2. Eud. c. 10. omne autem vitium voluntatis à pravâ ratione intelle-
ctus derivatur, qui ab appetitu sensitivo & malis affectibus corruptus, ea
judicat bona aut mala, quæ re ipsâ non sunt talia.

4. Eadem quidem animæ facultas est, quæ cognoscit bonum vel
malum, sub ratione nobis boni vel mali, & cognitum appetit vel fugit:
unde intelligere & appetere sensitivum, sunt ejusdem facultatis sensitivæ;
intelligere quoq; & appetere rationale, sunt ejusdem facultatis rationa-
lis: Intellectus tamen & appetitus sensitivus, intellectus item & appeti-
tus rationalis formaliter & respectu diversarum operationum, ut lo-
quuntur (vel passionum potius, ut patet) differunt.

5. Quæ sensus & phantasia ut nobis bona vel mala repræsentant,
ea appetitus sensitivus necessariò appetit vel fugit, nou enim potest bo-
na non appetere, non potest mala non aversari: non potest bona appe-
tere, & non appetere, nec indifferentè se habet ad appetendum & non
appetendum: Quæ ratio ut nobis bona vel mala offert, ea quoq; volun-
tas necessariò appetit vel respuit, nec potest ea non appetere vel respu-
re: neq; bona velle & non velle, nec indifferentè se habet ad nō velle &
nolle. Uterq; ergo appetitus respectu ipsius tñ appetere est necessarius,
non quidem absolute sed ex hypothesi, quia bonum vel malum cogni-
tum & necessariò movens in animâ ponitur, unde appetitum necessariò
moveri oportet. Περιπετεις quoq; id, quod in deliberatione optimum
videtur, necessariò eligit præ altero minùs bono (nisi duo æquæ bona
sint, quæ quidem æquè movent appetitum, sed secundum alterius tan-
tum appetitum liberè instituitur actio)

6. Omnis tamen appetitus respectu operationum, quæ ex appeti-
tu proficiuntur, & per membra corporis expedientur, libera est poten-
tia, secundum quam positis omnibus ad agendum requisitis appetens
potest agere & non agere. Ita necessariò appetitur, quod sensui & phan-
tasie jucundum videtur v. g. voluptas, sed licet deinde ad jucundi istius
consecutionem agere & non agere, unde actio talis dicitur libera &
spontanea. Necessariò volumus, quod rationi bonum videtur v. g. beatu-
titudinem, eruditio &c. sed in meâ potestate situm est, agere & non
agere ad finem s' bonum illud consequendum: unde actio talis dicitur
libera & voluntaria.

7. Ejusmodi vero libertas omnibus secundum appetitum agenti-
bus, adeoq; etiam brutis, competit: nam & hæc appetitus sensitivo sunt

præ.

prædita, secundum quem positis omnibus ad agendum requisitis, quædam agere & non agere, vel etiam contraria agere possunt, ut canis latrare & non latrare, cibum porrectam capere & non capere, lacerare & defendere, mordere & blandiri. Hinc edocentur animalia ad agenda quædam, quæ possunt etiam non agere, verbis etiam & verberibus coercentur, præmis & poenis afficiuntur. quæ omnia essent frustranea, nisi quædam libere & sponte bruta agerent. *conf. l. 3 Eth. c. 4.* Ex ratione vero, de liberato consilio, *τροχισθει* & voluntate non agunt, bruta, unde actiones voluntarias liberas nullas edunt, illis enim facultatibus destituuntur. *V. d. l. 6 l. 1 M. M. c. 18.*

8. Rationalis autem potentia *l. 9 met. c. 2. s. & 8.* ita dicta, quod possit contraria vel contradictoria agere, quæq; irrationali potentiae, ad unum tantum contrariorum vel contradictiorum agendum determinata, opponitur, *αναλόγως* etiam brutis tribui potest, nam & phantasia ad rationem quodammodo referunt *l. 3 de anim. c. 10. l de mot. animal. c. 6* & sicut homo quæ homo ex ratione; ita bruta ex sensu & phantasia appetunt, & liberè agunt. Unde appetitus brutorum per analogiam rationalis facultas dici potest.

9. Sicut objecta sensibilia, ut lumen & color, odor, sapor, sonus, calor, frigus &c: agunt in sensum & percipiuntur ab anima sensitiva, quæ ab iis patitur, ut ita sentire s percipere objecta sensibilia, sit pati & affici ab iis, & sensus patiendo discernat & judicet, ut aquam calidam à frigidâ patiendo discernimus *l. 2 Sophist. Elench. c. 3. l. 1. de anim. c. 5. l. 2. c. 5. l. 3. c. 2. & 4.* Ita objectum appetitus, bonum vel malum, à sensu, phantasia vel ratione exhibitum, agit in animam, eamq; movet (quamvis κατὰ πονηρού, prout finis, quatenus sub ratione boni cognitus stat in anima, agere & movere dicitur *l. 1. de gen. & corr. c. 7.*) & appetitum excitat, ut ita appetere nihil aliud sit, quam moveri, & pati ab objecto, sub ratione nobis boni cognito; adeoq; velle & nolle sit pati, moveri & affici à ratione boni vel mali, quod exsistit in anima: Appetitus ergo sensitivus & affectus animæ sensitivæ, ut amor, odium, ira, metus &c nihil aliud sunt, quam passiones animæ, quibus ab iis, quæ sensui & phantasiæ bona vel mala apparent, à phantasmatisbus, variè moverur, afficitur, disponitur: & amare, odisse, irasci, metuere &c. significant pati, ut sentire, audire, videre, poenitere, dolere &c. quamvis secundum figuram dictionis (*de qua r. l. 1. Sophist. c. 3. l. 2. c. 3.*) actionem significare videantur. Voluntas item, actualis s, appetitus ex ratione est passio animæ, quam à bono vel malo, à

ratione exhibito, movetur, & afficitur, & velle ac nolle significant pati.
Appetitus vero cum sensitivus cum rationalis, pro facultate sumptus, de-
notat potentiam passivam, secundum quam anima, dicto modo affici
potest, sicut sensus facultatem passivam designat. Appetitus autem (ad eoq;
& voluntas) passus & motus, agit & movet primum cor, & hinc reliqua
membra ad actiones ex appetitu ut passione intrinsecā expediendas, sicut
sensus, ubi percepit rerum species, ab iisq; passus est, agit & phantasmata
format, affectus item movent ad agendum ex affectu. Anima enim passa
agit & moveat corpus: sicut Luna, aer, aqua illuminata agunt & illumi-
nant alia: & speculum receptis imaginibus agit in oculum. V. de his l. 3.
de anim. c. 10. 12. l. de mot. anim. c. 6. § 8.

10. Appetitus ergo adeoq; & voluntas ratione ipsius tamen appetere,
velle & nolle est potentia passiva, & quidem necessaria, quæ positis omni-
bus ad patientium requisitis non potest non pati, neq; cum est in nostra
potestate appetere & non appetere, velle & nolle. Conf. §. 5. sicut nec est
in nostra potestate positis omnibus ad sensum requisitis, sentire & non
sentire: sed est potentia activa libera, respectu operationum ex appetitu
& voluntate provenientium: Conf. §. 6. Communiter autem tantum po-
tentia activa in necessariam & liberam, rationalem & irrationalem dividi
solet, adeoq; hoc sensu voluntas respectu ipsius tamen velle & nolle intrin-
seci nec libera nec necessaria potentia dici poterit, quia non est activa.

11. Sicuti positis omnibus ad videndum requisitis, necessario qui-
dem vides, sed licet, antequam videoas, oculos claudere vel aperire, averte-
re à re, vel ad rem convertere, vel alio modo impedit visionem: ita ne-
cessario appetimus & volumus, positis omnibus ad appetendum & vo-
lendum requisitis, sed phantasmatis talis vel talis formatio, item, delibe-
ratio & judicium rationis, quod voluntatem antecedit, possunt esse libe-
ra; phantasia quoq; & ratio aliquando turbari & impediri possunt, ne-
hoc vel illud ut bonum cognoscatur & offeratur: adeoq; ratione ante-
cedentium appetitus & voluntas quodammodo libera dici possunt.

12. Appetitus sensitivus secundum naturam obedire debet rationi &
voluntati, unde à primâ ætate ita assuefaciendus est, ut rationis imperium
admittat, & tandem virtutibus instructus, quæ vere bona sunt, appetat,
quæ vere mala, fugiat: sed is instar rebellis Civis aut filii, vel servi immo-
rigeri, sapientis rationis imperium detrectat & excutit, imò quandoq; ra-
tionem & voluntatem sibi subjicit, ut imperiosa uxor maritum sibi ser-
uire cogit. Quod si ab ineunte ætate id fiat, ratio corruptitur, uero
bona

bona non percipiat, sed mala pro bonis habeat, modo appetui sensitivo bona videantur, & voluntas depravatur, ut talia etiam appetat, sicut in vitiis contingit, ubi voluntas, non libera, sed verè serva, etiam in moralibus & civilibus est (non quidem de jure sed de facto) & cogitur ab appetitu sensitivo vim ei inferente. Incontinentis vero quamvis per rationem cognoscat verè bona, & per voluntatem etiam appetat, tamen vehementibus appetitus sensitivi affectibus abripitur, ut, quæ non vult, faciat, & quæ vult, non faciat, adeoq; cum Medes, videat quidem bona, probetq; sed deteriora sequatur. Unde nec in hoc voluntas ad agendum est omnino libera, superatur enim & q. constricta tenetur à concupiscentiâ, domina ab ancillâ. Idem fere continet in mollibus. Continentis autem ratio & voluntas, quamvis à pravo appetitu sensitivo infestetur, superat hunc tamen & inhibet ejus motus, ut homo ex voluntate liberè agat. Idem judicium de tolerante. Virtuosus vero liber est à coactione appetitus sensitivius, quia diuturno usu cum sibi subjecit & restificavit, ut rationi & voluntati obtemperet, unde talis homo necessariò appetit verè bona, & liberè secundum voluntatem agit, V. de biâ l. 3. de anim. c. 9. u. l. 3. Eth. c. 4. 15. l. 1. Polit. c. 5. l. 5. Top. c. 1.

13. Appetitus ergo appetui resistit, alter alterum turbat, impedit, cogit (nonnunquam etiam promovet) sicut una phantasia alteram turbat (vel adjuvat) immo in animâ etiam sensitivâ (quod in bruis quoq; evenit) unus affectus alterum impedit. Ut si quis concupiscat jucunda, à quibus tamen metu poenâ abstineat. Qui autem turpia appetit, quamvis positâ ratione jucundi in animâ, necessariò appetat, merito vituperatur, quia cavere aut corrigeare debuisset id, quod necessitatem infert, & appetitum ita assuefacere, ut rationis prescriptum sequeretur & non nisi verè bona desideraret, aut contraria ratione ac appetitu honesti, appetitum inhonesti impedire, alias sibi impunit necesse est, si pravis cupiditatibus succumbat. Calor si adsit, idoneum subjectum necessario calefacit, sed licet evitare aut impedire calor. conf. s. II.

14. Voluntas non producit s. elicit ex se ipsum velle aut nolle, & idem quoq; in se recipit: sic enim eadem potentia, respectu ejusdem operationis & agens esset & patiens, vel idem in se ipsum ageret, & à se ipso pateretur, cum tamen in omni naturâ agens & patiens sint distincta l. 3. de anim. c. 5. Sed ratio boni vel mali in intellectu agit in appetitum, hic vero recipit actionem & patitur necessariò, ut visum, sicut objecta agunt in sensum, bonum & malum in animâ sensitivâ per fantasiam in appetitum sensitivum. Non ergo velle & nolle sunt actus voluntatis eliciti & liberi, ut volunt Scholastici.

15. Deliberare, judicare, Arbitrari, probare, improbare propriè intelle-

ctus

atus est, non voluntatis (sicut sensus est, de sensibilibus judicare) Intellexus autem judicium vel arbitrium liberum est, quando non perturbatur aut corruptitur à phantasiam & appetitu sensitivo s. affectibus, cum enim relinquitur ei liberum, recedere ab eo, quod exigit affectus, sicut arbitrio propriè dicto à stricto jure recedere licet, & ex libero arbitrio h. e. liberâ sententia & existimatione, nō coacte, rem decidere. Si vero intellectus ab affectibus obruatur, & judicium mentis pervertatur, ut in vitiosis præprimis, & incontinentibus, servile potius est, quam libertum arbitrium. Servit enim affectibus. Si autem arbitrium pro voluntate aut pro gesi, item si probare & improbare pro appetere & aversari sumatur, idem de his, quod de voluntate ejusq; passionibus & actionibus dictum est, affirmandum erit.

Auctaria.

1. Qui persuaderetur, opinatur, credit, quā talis, non agit, sed patitur necessariò, positiū omnibus requisitiū (non aliter ac qui curatur, discit, sentit, appetit, & mas, odit &c.) ratio autem, & cī simile, persuasionem, opinionem vel fidem gignens agit (sicut medicamenta & medicus) Hinc l. 3. de anim. c. 3. dicitur: opinari in nobis non esse situm, & ibid. opinionem sequitur fides, fidem persuasio, ratio autem persuadet. Credere ergo est pati & affici ab existimatione s. affirmatione vel vegetatione intellectus, s. ei assentiri & proverā eam habere. Et fides pro qualitate sumpta, est dispositio, habitus vel potentia (quomodo cunq; velū) quā ita patitur vel passus est intellectus, sicut & opinio, persuasio, disciplina, sensus, appetitus, voluntas &c. potentia passiva sunt. (loquor hic de fide humana: nam de fide divinā, quam spiritum S. per verbum in homine operari, homine, etiam ratione ipsius actus credendi, merè passivē se habente, & nullo pacto Spiritui S. in fide cooperante, recte docent Theologi, non est praesenti instituti disserere.) Ex opinione vero, persuasionē & fide varie deinde operationes proficiunt possunt, quarum respectu potentiae active dici queunt. Sicut autem agrotus vel non admittere curam, vel eam impedire aut turbare, vel etiam ineptam ad suscipiendam curam esse potest; ita qui persuaderetur, vel credit, potest impedire, ne persuadeatur, vel credat, si aut non attendat, aut non admittat rationes, aut contrario appetitu & affectibus præoccupetur: imò etiam si persuasus sit & assentatur rationibus, contraria tamen ex affectu agere potest, nam horum respectu libertatem habet: neq; hic nulla infertur coactio aut simplex necessitas: necessariò autem fide persuasio & fides ex hypothesi, si omnia requirata penantur, sicut cura aut visio sit necessariò. conf. S. 11.

2. Appetitus & affectus pravi, vicia, incontinentia, viciose ac incontinentis actiones formaliter omnino sunt positivum & reale quid: quoddam enim malum cuiusdam bono, ut positivum positivo, contrarie opponitur.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn730221288/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730221288/phys_0011)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn730221288/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730221288/phys_0012)


DFG

bona non percipiat, sed mala pro bonis habeat, m
na videantur, & voluntas depravatur, ut talia etiam
contingit, ubi voluntas nostra libera, sed verè servata,
vilibus est (non quidem de jure sed de facto) & co
vo vim ei inferente. Incontinentis vero quamvis pe
rè bona, & per voluntatem etiam appetat, tamen
sensitivi affectibus abripitur, ut, quæ non vult, faciat
adeoq; cum Medea, videat quidem bona, probet.
Unde nec in hoc voluntas ad agendum est omnino
q. constricta tenetur à concupiscentiâ, domina ab an
git in mollibus. Continentis autem ratio & volunta
titu sensitivo infestetur, superat hunc tamen & inhibet
ex voluntate liberè agat. Idem judicium de tolerâ
est à coactione appetitus sensitivi, quia diututno u
stificavit, ut rationi & voluntati obtemperet, unde
petit verè bona, & liberè secundum voluntatem agit
9. n. l. 3. Eth. c. 4. 15. l. 1. Polit. c. 5. l. 5. Top. c. 1.

13. Appetitus ergo appetui resistit, alterum
(nonnunquam etiam promovet) sicut una phantasmum
adjuvat) immo in animâ etiam sensitivâ (quod in b
affectionis alterum impedit. Ut si quis concupiscat jucu
tu pœnæ abstineat. Qui autem turpia appetit, quam
di in animâ, necessariò appetat, merito vituperatur
re debuisset id, quod necessitatem infert, & appetitu
tionis præscriptum sequeretur & non nisi verè bona
rìa ratione ac appetitu honesti, appetitum in honeste
putet necessum est, si pravis cupiditatibus succumba
subjectū necessario calefacit, sed licet evitare aut in

14. Voluntas non producit s. elicit ex se ipsum &
quoq; in se recipit: sic enim eadem potentia, respe
& agens esset & patiens, vel idem in se ipsum ageret
sunt tamen in omni naturâ agens & patiens sint
Sed ratio boni vel mali in intellectu agit in appetitu
mem & patitur necessariò, ut visum, sicut objecta ag
malum in animâ sensitivâ per phantasiam in appete
tus velle & nolle sunt actus voluntatis eliciti & libe
rati.

15. Deliberare, judicare, Arbitrari, probare, im



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 110